foliis eius ineſt.quæ medentur iocineris & lateris doloribus in uino.aquã quæ ſubit cutẽ extrahunt
Corpus obeſum leuant onere ſenſim ad maciem reducentia.iiſdem foliis cũ uino tritis ad uiriũ por
tionem ita ut puero quinqꝫ folia tribus cyathis dentur.Robuſtioribus ſeptẽ folia quiqꝫ cyathis uini
non omittendũ ramenta eius & ſcobem a quibuſdã cauenda prædici.aceris radix contuſa iocineris
doloribus utiliſſime imponitur.populi albæ uuarũ in unguentis uſum expoſuimus . Cortex potꝰ iſ
chiaticis & ſtranguriæ prodeſt.Folioꝝ ſuccus calidus aurium dolori.Virgam populi in manu tenẽ
tibus intertrigo non metuatur.Populus nigra efficaciſſima habetur.quæ in creta naſcitur.cõitialibꝰ
ſemen ex aceto utile.Fundit illa & reſinã exiguam.qua utuntur ad malagmata.Eolia podagris ĩ ace
to decocta imponũtur.hũor e cauis populi nigræ efflũes uerrucas pabulaſqꝫ ex attritu odoratꝰ tol
lit.populi ferunt in foliis guttã.ex aqua apes propolin faciũt. Cutta quoqꝫ aquæ propolis ex aqua re
mediũ q̃ efficax eſt.Vlmi & folia & cortex & rami uim habẽt ſpiſſandi & uulnera cõtrahẽdi.corticis
utiqꝫ interior tilia lepras ſedat:& folia ex aceto illita.Corticis denarii pondus potũ in hemina aquæ
frigidæ aluũ purgat.pituitaſqꝫ & aquas priuatim trahit.Impõitur & collectionibus lachrima.& uul-
neribus ambiſqꝫ decocto fouere prodeſt.Humor in folliculis arboris huius naſcens cuti nitorem in
ducit.faciemqꝫ gratiorẽ præſtat.Cauliculi foliorũ primi uino decocti tumores ſanant: extrahuntqꝫ
per fiſtulas.idem præſtant & tiliæ corticis.Multi corticẽ commanducatam uulneribus utiliſſimum
putãt.Folia trita aqua aſperſa pedum tumori:Humorquoqꝫ e medulla uti diximus caſtratæ arboris
effluens:capillũ reddit capiti illitus:defluenteſqꝫ cõtinet. Arbor tilia leniter tuſa ad eadẽ fere utilis
eſt.atqꝫ oleaſter.Folia autẽ tantum in uſu:& ad infantium ulcera in ore:& commanducata & deco-
cta urinã ciunt:menſes ſiſtunt illita:ſanguinẽ pota detrahunt. Sabucus habet alterum genus magis
ſilueſtre:quod græci chameacten:alii helion uocant multo breuius.Vtriuſqꝫ decoctũ ĩ uino ueteri fo
lioꝝ uel ſeminis uel radicis ad cyathos binos potũ ſtomacho inutile eſt:aluo detrahens aquam : Re
frigerat etiã inflammationem:maxime recẽtis ambuſti:& canis morſum cũ polenta molliſſimis fo
lioꝝ illitis.Succus cerebri collectiones priuatimqꝫ mẽbranæ.quæ circa cerebrũ eſt:lenit ĩfuſus.Acini
eius infirmiores q̃ reliqua tingunt capillũ poti acetabuli mẽſura.Vrinã mouẽt.Folioꝝ moliſſima ex
oleo & ſale edunt ad pituitã bilemqꝫ detrahendã.ad oĩa efficacior quæ minor.Radicis eius ĩ uini de
cti duo cyathi poti hydropicos exinaniunt.Vuluas emolliunt.Has & folioꝝ decocto inſidẽtiũ cau-
les teneri minoris ſabuci in patinis cocti aluũ ſoluunt.Reſiſtunt folia & ſerpentiũ ictibꝰ in uino po
ta.podagris cũ ſeuo hircino uehementer proſunt cauliculi illiti.Iideqꝫ in aq̃ macerantur: ut ea ſpar
ſa pulices necẽtur.Folioꝝ decocto ſi locus ſpargatur.muſcæ necantur.Boa appellatur morbus papula
rũ cũ rubẽt corpora:ſabuci ramo uerberatur.Cortex interior tritus ex uĩo albo potus aluũ ſoluit iu
niperus:uel ante cætera oĩa excalfacit.extenuat cædro aſſimilis.et eius duo genera.altera maior: alte
ra mior.Vtraqꝫ accenſa ſerpentes fugat.Sement ſtomachi pectoris lateris doloribꝰ utile . inflationes
langoreſqꝫ diſcutit.Tuſſes cõcoquit & duritias.illitũ tumores ſiſtit.itẽ aluum.baccis ex uĩo nigro po
tis itẽ uẽtris tũores illitis.Miſcetur & antidotis oxyporis.Vrinas cit.illinitur & oculis ĩ epiphoris dã
tur cõuulſis.ruptis torminibus:uuluis.iſchiaticis cũ uino albo potũ pilulis quaternis:aut decoctis uĩ
ginti ĩ uino.Sũt q & perungant corpus e ſemine eius in ſerpentium metu.

De ſalice:& amerina.& uitilibus:& erice. Cap.ix.

SAlicis fructus ante maturitatẽ in araneam abit.Sed ſi prius colligatur ſanguinem reiiciẽti
bus prodeſt.Corticis e ramis primis cinis clauũ & callum aqua mixta ſanat. Vitia cutis in
facie emẽdat.magis admixto ſucco ſuo.eſt autẽ hic trium generum.Vnum arbor ipſa exu
dat gũmi modo.Alterum manat in plaga cum floret exciſo cortice trium digitorum magnitudine
Hic ad purganda quæ obſtent oculis.item ad ſpiſſanda q̃ opus ſunt:ciendamque urinam : & ad oẽs
collectiones intus extrahendas.Tertius ſuccus eſt detruncatione ramoꝝ a falce diſtillãs: Ex iis ergo
aliquis cũ roſaceo in calice punici calfactus auribus infunditur. Vel folia cocta : & cum cæra trita
imponuntur itẽ podagricis.Cortice & foliis in uino decoctis foueri neruos utiliſſimũ. Flos.tritꝰ cũ
foliis furfures purgat in facie.Folia contrita & pota intemperantiam libidinis coercent. atqꝫ in totũ
auferunt uſũ ſæpius ſumpta.amerinæ nigræ ſemen cũ ſuma argenti pari pondere a balneo illitum
pſilothrum eſt.non multũ a ſalice uitilium uſu diſtat uitex foliorum quoque aſpectu:niſi odore gra
tior eſſet.Sed græci ligon uocant:alii agnon:quoniam matronæ in theſmophoriis atheniẽſiũ caſti
tatẽ cuſtodientes iis foliis cubitus ſibi ſternunt.Duo genera eius. Maior in arborem ſalicis modo
aſſurgit.Minor ramoſa foliis candidioribꝰ lanuginoſis.prima album florem mittit cum purpureo:
quæ & candida uocatur.Nigra.quæ tantũ pupureũ.naſcũtur in paluſtribus campis. Semen potũ
uini quemdam ſaporem habet.& dicitur febres ſoluere & cũ ungantur oleo admixtũ ſudorem fece
re.ſic & laſſitudines diſſoluere Vrinam ciunt & menſes Caput tentant uini modo nam & odor ſimi